

CAPITULUM III.

De verbis quibus sponsalia & matrimonia contrahuntur.

SUMMARIUM.

- ann. fuisse ac a viro cognitam idem probatur in cap. attestaciones eodem tit. ibi, antequam ad annum decimum quartum pervenisset. & in c. ex literis eodem titulo ibi, donec compleat puer annum decimum quartum: & in cap. final. eodem tit. ubi quod non valeat coniugium puelle, que circa duodecimum annum nuplit, nisi malitia suppleat etatem, ubi glossa per civiter, ait ad modicum tempus referri eam dictionem: sicut ergo text. ille non valere matrimonium femine cui modicum tempus ad duodecimum annum completum deficit, nisi malitia etatem suppleat, & ita fatentur omnes DD. in dictis iuribus.
- 19. Satis tamen erit, si prima dies anni duodecimi in femina, & decimi quarti in viro sit incepta, ut testamini favore statutum est in l. qua etate, ff. de testam. cum favor matrimonii minor non sit, & in terminis ita tenent Ioan. Andr. in d. cap. fin. num. 3. Anton. de Burr. & Abb. uterque num. 6. Cardin. num. 2. & alii plures, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. lib. 7. de matrim. disput. 104. num. 2.
- 20. Quinimo, & idem erit dicendum, quamvis tres dies ex ea etate deficient, ex eo, quod moraliter censetur tunc completa, non enim metaphysice compleri requiritur, sicut in etate septennii ad sponsalia requiritur, sup. num. 6. probauimus, & in terminis etatis matrimonii hoc idem in terminis docent, & tenent Hostiens. in d. c. puberes num. 5. de desponsat. impub. Alphons. à Veracruz in 1. part. Specul. coniug. artic. 16. vers. primo sponsalia dicens requiri in femina annum duodecim, vel prope: & Martin. Ledesma in secundam part. quarti lib. Sentent. quest. 60. art. 1. col. penul. vers. hec sit ab uterius, ubi dicit, satis esse, quamvis decem dies defint; non enim concluditur ratio differentie assignari, aut inueniri potest in defectu vnius diei, quam aliorum paucorum, quamvis Abb. & alii, quos refert, & sequitur Sanchez d. lib. 7. disput. 104. num. 3. teneant in hoc contrarium: sicut contrarium tenuit etiam in materia sponsalium idem Sanchez, quem supra improbauimus.
- 21. In dubio autem ante dictam pubertatis completam etatem (vel paucos ante dies, iuxta modo dictam sententiam) nec mas, nec femina presumunt generationi apti, nisi contrarium asserens id probet, ut docet Innocent. in cap. continebatur, num. 3. de desponsat. impub. & alios referens Couarru. in 4. de desponsat. 2. part. cap. 5. §. num. 3. Nauar. in Manuali Lat. in. cap. 22. num. 29. & Thom. Sanch. vbi sup. num. 4. ubique impleta pubertate presumitur hæc generandi potentia, ac proinde in eam negantem transire onus probandi, ut bene docet Dominicus, consil. 24. num. sexto.
- 22. Est tamen presumptio hæc iuris tantum, contra quam contraria probatio admittitur, ut bene quocumque docet Hostiens. in d. c. puberes n. pen. de desponsat. impub. & cum eo Sanch. vbi sup.
- 23. Ex quibus deducitur in matrimonio malitiam suppleret arbitrium, atque ideo validum esse matrimonium celebratum ante etatem à iure præscriptam, si tunc ad id potentia generandi, & sufficiens discretio ad se obligandum, ut deciditur in c. de illis et sequendo, & cap. puberes, & cap. si de desponsat. impub. Ideo namque ius eam etatem præscribit ad matrimonium contrahendum valide, quod presumat tunc pueros, & non antea, & iudicio sufficienti ad matrimonium, & potentia generandi præditos esse: ergo, quando hæc adesse constat, cedit presumptio veritati: ita Sanch. vbi sup. num. 5. ubi num. 20. cum seqq. quid in proposito nomine malitiam intelligatur.

- 1. Sponsalia de futuro, & matrimonia, quibus verbis contrahuntur?
- 2. Matrimonium contrahitur per verba presentem conjugalem consensum exprimentia.
- 3. Idem erit, si contrahentes coram parcho, & testibus dicant inuicem, quod se recipiunt in virum, & uxorem, o que se entregan por marido y muger, vel tandem, quod se mutuo consensu coniungunt, vel habeo, teneo que in uxorem ex nunc, & providebo tibi sicut vxori ex nunc, ex nunc reputo te in uxorem, ipsa consentientia quia omnia important verba de presenti, ut in nu. 4. Idem si querenti, vis hanc in uxorem respondeat, ut placet, vel volo: & similiter femina, ut in n. 5. Idem est dicendum, quando verbum, volo, adijcitur accusativo rei, ut in n. 6. Idem per hæc verba volo te esse uxorem meam, quoad illo verbo explicatur velle eligere, seu velle esse, quod est actus vel selesens, sicut præd. verbo explicatur appetitus, seu desiderium quoddam, quod est velle inefficax, ut in num. 7.
- 8. Verba illa, volo tecum contrahere matrimonium, vel te in uxorem accipere, an inducant matrimonium de presenti, vel sponsalia de futuro tantum? & n. 9. cum sequentibus.
- 12. Verba illa, nunquam te derelinquam pro alia, non efficiunt matrimonium.
- 13. Verba illa, non habeo aliam uxorem, vel non ducam aliam, aut aliquam nisi te, vel non eris mihi alia vxor, nisi tu, quid inducant in proposito, & numeris sequentibus.
- 14. Communis usus loquendi attendendus est in dubio quæ valorem habeant verba prolata in matrimonijs contrahendo amplia in utroque foro, ut in num. 15.
- 15. In matrimonijs contrahendis verba prolata sunt intelligenda secundum communem usum loquendi, non solum in foro exteriori, sed etiam in foro interiori animæ, quando de intentione contrahentium constat, nequit alias, & verba sunt dubia.
- 16. In dubio an sit matrimonium, nec ne in fauorem matrimonij est pronuntiandum in viroque foro: si tamen de intentione contrahentium constet illi esse standum in foro conscientie, licet verba sint dubia, ut in num. 17. & non est quo ad forum conscientie, curandum de verbis externe prolatis, quando de intentione contrahentium constat, ut in numero 18. vbi hoc ampliatur.
- 19. Opinio singularis vnius Doctoris celeberrimi, matrimonium sustinentis, præferri debet opinioni plurium impugnantium, nisi textus apertus imitatur, ut in numero 19. ubi quomodo hoc intelligatur.

Verba promissoria, quoad sonum & significationem de futuro efficiunt sponsalia, non vero matrimonium, siue concipiuntur per verbum, promitto, videlicet, promitto me ducturum talem feminam, siue simpliciter proferantur, nempe ducam, vel accipiam MARIAM talem feminam, ut colligitur ex capite primo, & cap. inter virum, & cap. 15. qui solum de sponsalibus vbi late DD. & præcipue Abb. Gofredus in Summa de sponsalibus numero quarto, & Hostiens. in Summa titulo de sponsalibus, numero sexto, & alij, quos refert, & sequitur Mascardus de probat. tertio tomo, conclusio 1332. numero secundo; Martin. de Gratis inter consil. matri-

matrimonial. Zileti consil. 15. numero sexto, & ex Theologis Ditus Thomas in quarto sententiarum, distinctione 27. questione 2. articulo. in corpor. & ibi Ricard. arti. ubi 3. quest. 2. Paludan. questione 2. articulo quarto, conclusio 4. numero 26. Sotus quest. 2. articulo primo, conclusione 2. & Palac. disputatione 1. folio 571. conclusione 1. D. Anton. in tertia parte sua Summa, titulo 1. c. 13. §. 2. Bartholom. à Ledesma de matrimonio, dubio numero, in princip. Viuald. in suo Candelab. aureo septem sacrament. in materia de sponsal. cap. 3. num. 19. vbi quod sponsalia absoluit, vel simpliciter quinq. modis contrahuntur, secund. Angel. in Summa verbo sponsalia, n. 7. & Syluest. q. 1. Sot. & ceteros super Tho. Primo, simplici promissione, ut accipiam te in meam. Secundo per fidei dationem, vel iuramentum d. c. si inter virum de sponsal. Tertio, quando ambo impuberes, vel alter eorum, maiores tamen septennio, contrahunt per verba de presenti, quia licet non valeant, ut matrimonium de presenti valent tamen, ut sponsalia de futuro, ut in fine capituli præcedentis diximus. Quarto, per annulli subarrationem, cap. si quis de desponsat. 2. 7. questione 2. Quinto, dando arram: eandem communem sententiam sequitur alios allegans Thomas Sanchez de matrimonio lib. 1. disputatione 18. num. 12. etque recepta apud omnes, & verisissima.

Matrimonium autem contrahitur per verba presentem conjugalem consensum exprimentia, text. in consensu de sponsal. cuius hæc est communis interpretatio secund. D. Couarr. in 4. de sponsal. 2. part. 4. §. n. 1. si quis enim femina dicit (intellige hodie coram parcho, & testibus iuxta formam Sancti Concilii Trid.) accipio te in uxorem, femina vero, e conuerio respondeat, & ego te in virum accipio, matrimonium censetur ex hoc contractum: idem est, si viro dicenti accipio te in meam, respondeat femina, placet, secundum Couarruiam vbi supra, post Hostiensem in cap. si inter, in principio, de sponsalibus & alios plures, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez dicto libro 1. disputatione 18. num. 10. dicens, idem esse si respondeat, consentio, secundum Hostiensem in dicto cap. si inter, in principio, & ibi Ioann. Andre. num. 3. Anton. de Butrio n. 5. Ancharan. n. 2. Panor. mit. n. 7. & Præpositi. n. 2.

Idem erit, si contrahentes coram parcho, & testibus dicant inuicem, quod se recipiunt in virum, & uxorem, o que se entregan por marido y muger, vel tandem, quod se mutuo consensu coniungant, ut inquit sacrosanctum Concilium Tridentinum sessione 24. cap. 1. in Decreto de reformatione matrim. ibi: Vbi parochus viri, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto; vel dicat; ego vos in matrimonium coniungo, in nomine Patris, & Filij & Spiritus Sancti, vel alij vsuatur verbis iuxta receptum vniuersiulque Prouinciarum ritum.

Vnde similiter erit matrimonium, habeo, teneo que in uxorem ex nunc, & providebo tibi sicut vxori, ex nunc reputo te in uxorem, ipsa consentientia, quia hæc omnia important consensum de presenti secundum Paludanum in quarto sentent. distinctione 27. questione 2. art. 4. num. 25. Brunel. de sponsal. conclus. 13. numero 1. Palatium d. distinct. 27. q. 1. fol. 571. col. 1. quos refert, & sequitur Thom. Sanch. d. n. 10.

Idem, si querenti, vis hanc in uxorem respondeat, ut placet, vel volo, & similiter femina, & secundum Hostiensem in capite ex parte de sponsal. & ibi Enrich. numero tertio. Angel. in Summa verbo matrimonium 2. nu. 10. Summa Confessorum, quem refert, & sequitur Syluest. verb. matrimonium 2. questione decima, & eos sequitur Thomas Sanchez dicto numero 10.

Ex quibus procul dubio idem est dicendum, quando verbum, volo, adijcitur accusativo rei: quia tunc

manifestè indicat consensum de presenti, & constituit matrimonium, quod omnes profiterentur secundum Couarruiam in quarto de sponsal. secunda parte, cap. 4. §. primo, numero quarto, versic. id tamen est apud omnes, &c. quem sequitur sum libro primo Canoniarum questionum, capite vigesimo primo, numero vigesimo septimo. Palac. vbi supra, folio 572. columna prima. Ludouic. Lopez in secunda parte Instructor. capite trigesimo sexto de matrimo. fol. 1034. & Thom. Sanch. dicto libro 1. disputatione 18. num. 10. ad finem.

Idem per hæc verba: volo te esse uxorem meam, quando illo verbo explicatur velle eligenti, seu velle efficac, quod est, actu velle; secus, si prædicto verbo explicetur appetitus, seu desiderium quoddam, quod est velle inefficax: quia tunc non contrahitur matrimonium, nec sponsalia, ut cum alijs resolutum, vbi supra numero vigesimo octavo, sequitur alios allegans aduersus Menoch, Thom. Sanch. vbi supra num. 29.

Deinde, quod dicendum sit de verbis illis: Volo contrahere tecum matrimonium, vel te in uxorem accipere agit D. Couarruias vbi supra, dicto num. quarto, in versiculo, sin autem verbum volo, & nos dicto capite vigesimo primo, numero vigesimo tertio cum sequentibus, & quatuor opinionibus in hoc congerit Thomas Sanchez vbi supra numero vigesimo octavo, sequitur alios allegans aduersus Menoch, Thom. Sanch. vbi supra num. 29.

Prima conclusio, Verba hæc: volo contrahere tecum matrimonium, te ducere, te habere, vel accipere in uxorem, inducunt tantum contractum sponsalium de futuro: quia in hac specie verbum, volo, adiungitur infinitiuo designanti ritum actus, eiusque suspensionem in ijs, quæ à sola voluntate loquentis dependunt, Ioann. Andreas, & Abb. in capite ex literis de sponsalibus, & est magis comunis, ut cum alijs resolutum Couarruias vbi supra, numero quarto, & nos dicto cap. 27. num. 21. & Viuald. in Candelab. aureo septem sacrament. in prima parte de matrimonio numero 49. nec non & plures alios referens Thom. Sanch. vbi supra num. 24. & 25. qui numero 26. hoc ampliatur cum Menoch. libro tertio, præsumptione tertia, numero sexto, ut procedat, etiam illis verbis, volo te ducere, addatur, & in te consentire per verba de presenti: quia adhuc ex hoc non erit matrimonium, cum non consentiat de presenti, sed tantum dicat se velle consentire. Eadem prima conclusio est etiam comunis, ut late per Veroum questione 6. numero 3. circa medium, versic. vel secunda, & consil. matrim. 60. num. 14. in fi. ibi, clarum est, & Rotam Romanam nouissim. decisione 121. num. 7. in primo tom. pagina 15. vbi numeris seqq. eam probat dicens, quod ita fuit iam resolutum, & ampliatur etiam præd. verba sint prolata in presentia testium, & sacerdotis, & postea sequuta sint oscula, & quod ita fuit pronuntiatum, & numero primo, cum sequentibus idem probat in illis verbis, sum contentus accipere Hiellam in uxorem meam: quamvis num. 20. cum sequentibus dicat, quod licet maior pars ita tenuerit, nihilominus alij in contraria opinione perliterunt, ex fundamentis de quibus ibi, per eum, numero 21. & tandem num. 23. refert plures casus, in quibus limitat præd. communem sententiam, asserens num. 7. quod vbi adest communis opinio DD. ibi dicitur esse ius clarum, secundum Patrem, quem citat. Et præd. casus in quibus limitat communem præf. sententiam sunt huiusmodi. Quando de mente parium constaret voluisse per præmissa verba contrahere matrimonium de presenti. Vel quando præcessit tractatus de contrahendo matrimonio, saltem immediate. Vel quando communiter in loco verba illa tantum recipere interpret-

tholom. de Ledefma de matrimonio, dubio 27. in fine. & Petrus de Ledefma sentiant esse æquiuocam locutionem, imo Sotus ait, forsan esse sensum mere negatiuum, vt non ducam aliam nisi te; verius tamen est, idem importare in hac specie dictionem, quia, quod importat dictio, nisi: ita Coaruaritas in quarta, secunda parte, cap. quarto, §. 1. numero 7. & nos dicta capite 2. i. numero 15. Nauar. in Manual. Latin. cap. 22. numero 29. versiculo decimo. Vualdus in Candelabro auro septem Sacrament. prima parte de sponsal. capite 4. num. 27. qui duo tenent per illa verba, nullam aliam, quam te ducam in vxorem, non constitui sponsalia, nec matrimonium, sed constringere sic promittentem, casu, quo matrimonium eligat ad ducendam illam, sicut diximus modo de dictione, nisi: quos refert, & sequitur Thom. Sanchez lib. 1. disputacione 19. n. 8. idem sentit de vtraque locutione Menoch. lib. 3. presumpcione 3. num. 8. & Marc. Ant. Chuch. lib. 5. instit. maior. tit. 11. num. 14. De dictione, præter, videlicet, nullam ducam præter te: Soto vbi supra probat includi affirmatiuam ducendi hanc, & ita esse sponsalia, sequitur Angles in suis Florib. Theologic. questionum 11. parte quest. 2. de matrim. condicione difficultat. 9. folio 1035. Enriquez lib. 11. de matrimonio cap. 12. num. 7. & hæc sententia est satis probabilis secundum Thom. Sanchez vbi supra num. 9.

Ego autem, qui tertiam supra dictam opin. principalem probavi in dictione, nisi, non possum contrariam hanc de dictione, præter, sequi: quia dictio nisi, idem significat, quod dictio præter. & è conuerso, sed igitur potius dicendum est in vna, quam in alia: Sed potius in vtraque, quod non inducat matrimonium, nec sponsalia, & DD. loquentes in dictione, nisi, hoc tenentes idem velle credendum est in dictione, præter: secundo, hæc eadem sententia in dictione, præter, corroboratur non parum ex decisione rex. in cap. ad quædam 16. quest. 1. vbi dicitur, statuitur, vt nullus præter Domini sacerdotis audeat predicare: non tamen inde sequitur, posse omnes sacerdotes predicare: & in terminis hanc sententiam tenet Enriquez lib. 11. de matrim. c. 13. nu. 4. in fin. quem refert, & sequitur Thom. Sanchez vbi supra, num. 10. dicens hoc esse probabilius: imo est verius, & tenendum.

14 Illud tandem in hac materia, pro regula obseruandum est, quod in matrimonijs contrahendis in dubio, quem valorem habeant verba prolata, communis vsus loquendi attendendus, & obseruandus est: cap. ex literis. El primero de sponsal. & ibi communiter DD. & late cum communi probat D. Couar. in 4. de sponsalib. 2. parte c. 4. §. 1. n. 2. & Candelab. auro. 7. sacrament. de matrim. 1. parte, num. 48. & nos alios allegantes lib. 1. Canonice questionum cap. 21. n. 3. cum sequentijs, vbi quod etiam attendenda est loquentiu qualitas, & conditio; c. solus de maior. & obedientia, & Ant. Cuchus lib. 5. instit. maior. tit. 11. n. 37. Thomas Sanchez lib. 1. de matrimonio disputacione 18. nu. 4. vbi quod etiam attendendum est, de quo tunc temporis tractabatur, si enim de matrimonio verba dubia censendum est matrimonium constituit: & si de sponsalibus, sponsalia vt colligitur ex cap. intelligentia de verb. signific. & docet Palud. in 4. distinct. 27. q. 2. art. 2. conclusio 5. n. 27. Alphon. à Veracruce in 1. parte Specul. art. 17. dubio 2. & generaliter in dubio facienda est interpretatio contra eum, qui potuit aperius suam mentem declarare, argumento l. veteribus 20. ff. de pass. vt si alter ex contrahentibus dicat, se vultisse contrahere sponsalia, & alter oppositū ei crederet, & è contra: præterquam, si is, qui primo verba protulit, dixit verba certa, & clara, sponsalia, vel matrimonij, quia tunc secundum intellectū debent

intelligi verba sequentia, quia responso intelligi debet iuxta interrogationem: l. vt responsum, & ibi communiter Doctores, c. de retractacione. l. si defensor §. qui interrogatus in fin. ff. de interrogacion. actio. vbi hic enim magis eum puto ad interrogationem respondisse: ex quo tex. communiter DD. deducunt, & notant, quod responso ambigua, & generalis declaratur, & restringitur per præcedentem interrogationem, vt late probat Greg. Lopez in 26. glo. 1. tit. 11. part. 2. §. & Franciscus Beccius cons. 55. num. 4. lib. 1. & in terminis nostris sponsaliorum, & matrimonij ita tenent Paludan. vbi supra, & Petrus de Ledefma de Matrim. quest. 45. art. 3. dubio 1. conclusio 4. hoc tamen velim intelligas, quando verba sequentia sunt æquiuoca, & que debia, vt præmissimus: secus vero erit, quando essent determinata, & clara, vt cum iudicio obseruauit Alphon. à Veracruce in 1. parte Specul. coniug. art. 47. dubio 2. quem sequitur Thom. Sanchez d. lib. 1. disputacione 18. n. 4. ad finem: vbi etiam quod in dubio faciendum est iuramentum, quia simpliciter res tractate solent, facilius, & vix decipiuntur, prout tenent Enriquez lib. 11. de matrimonio cap. 11. nu. 6. Barthol. à Ledefma de matrimonio lib. 9. fol. 123. 4. & Petrus de Ledefma d. dubio 1.

Et supra d. regula communis deducta ex d. c. ex literis, quæ habet, quod in matrimonijs contrahendis verba prolata sint intelligenda, secundum communem vsum loquendi procedendum non solum in foro exteriori, in quo loquuti sumus, sed etiam in foro interiori anime quando de intentione contrahentiu constare nequit alias, & verba dubia sunt, sic tenent Palud. in 4. distinct. 27. q. 2. art. 1. num. 10. & questionem 2. art. 4. conclusio 5. Angel. in summa, ver. matrimonium 2. num. 8. Ludo. Lopez in 2. parte Instru. c. 36. de matrim. fol. 1033. col. 2. quod accipiendum est secundum Thom. Sanchez d. lib. 1. de matrim. disputacione 18. num. 8. ad fin. quando contrahentes verborum significacionem intelligebant alia fecus. Nam vbi esset ignorantia, deest voluntas.

Sic in dubio an sit matrimonium, necne, in fauorem matrimonij, & pro ipso iudicandum est, non solum in foro exteriori, vt in cap. 6. de sententia, & re iudic. vbi deciditur, quod duobus iudicibus ordinarijs diuersas sententias proferentibus, præsertim sententia in fauorem rei, nisi in causa fauorabili matrimonij: quem tex. adducit gloss. verb. in liberali, in causa literis de probat. & ex his hanc doctrinam generalem, nempe, quod in dubio iudicandum sit pro matrimonio, tenent & probant communiter DD. in cap. ex parte, de sponsalib. Cardinal. in c. fin. de clandest. de sponsacione, Abb. in c. final. numer. 7. de sponsacione impub. Lopus allegat. 56. num. 14. Alciat. lib. 1. respons. cons. 53. numer. 15. Menoch. de presump. lib. 3. presumpcione 3. num. 9. & plures allegans Marr. Ant. Cuchus de institut. maior. lib. 5. tit. 11. num. 156. Mascard. de probat. concl. 1027. num. 1. Thom. Sanchez alios allegans d. lib. 1. disputacione 18. num. 5. Greg. Lopez in 1. 13. in glo. que sue d. do por libertad. tit. 22. part. 3. limitans, nisi sententia esset euidenter iniqua, ex l. si pater in fine principij. ff. de inoffic. testam. Sed etiam in foro conscientie: quod probatur, quia in vinculo matrimonij non est aliud discrimen inter iudicium exterius, & interius: siquidem matrimonium, quod validum est in conscientia iudicio, erit etiam firmum in foro exteriori. Rursus, quod nulli est in interiori foro anime, minime valebit in exteriori, tamen iudex, qui per exteriora signa iudicare debet, pronunciet illud esse matrimonium, quod verum non est: tex. recte expensus in c. tua nos de sponsal. Palud. in 4. distinct. 27. q. 2. art. 2. in vtroque namque iudicio id agitur, an matrimonium probetur, id est, an consensus conjugalit fuerit præstitus: sed tantum

tantum versatur differentia in cognoscendi modo: in foro namque conscientie statur confessioni propria, etiam in requirentibus mille testes in exteriori vero, nõ creditur ipsi consentiri in causa propria, sed testibus, alijsq. legitimis documentis: in substantia igitur nullum est discrimen inter vtrumque forum, licet maxime differant in modo cognoscendi de qualibet re, quæ in controuersia versatur, & ita est intelligenda Doctorum interpretatio, quæ habet tex. in d. tua nos in 1. parte, loqui in foro iudiciali, in secunda vero in foro conscientie, quam ibi probant Abb. col. 1. & in c. que in Ecclesiarum, de constit. & est communis hic sensus, vt alios referens affirmat D. Couar. in 4. 2. parte c. 2. nu. 2. & prius in 1. parte c. 4. §. 1. n. 9. versic. ego vero, & Greg. Lopez in 1. 3. tit. 1. part. 4. in gloss. con ella: Menoch. lib. 3. presumpcione 1. num. 30. vbi dicitur, & docent, dubitantem de consensu, & quo affectu accesserit ad sponsum, compellendum esse in vtroque foro ad matrimonium, & in vtroque foro præsumi habuisse consensum, reiecta quadam Syluestri distinctione, verb. matrimonium 2. quest. 15. nisi poit late dubium contraxisset cum alia, tunc enim secundum ipsos Præferti debet posterius matrimonium certum priori dubio: sequitur Thom. Sanch. vbi supra n. 6.

Quidquid Enriquez lib. 11. de matrimonio, capit. 13. num. 4. in fine dicat, nempe, quod licet in dubio an matrimonium sit, necne? in foro exteriori sit pro matrimonio iudicandum, at tamen in foro conscientie nemo in dubio tenetur ad onus matrimonij: non enim hoc est verum, sed quod prædiximus.

17 Si tamen de intentione contrahentium constet, illi standum est in foro conscientie, licet verba sint dubia, intelligentia namque dictorum ex causis est assumenda, dicendi, quia non sermone res, sed rei est sermo subiectus, vt in c. intelligit 6. de verb. significat.

18 Hinc Hostiens. in c. ex parte in princip. & ibi Enriquez numer. 1. de sponsal. Angel. in summa verb. matrimonium 2. num. 13. Syluest. verb. matrimonium 2. quest. 10. dicto 6. & Nauar. in Manual. Latin. c. 2. num. 79. inferunt, non esse, quod ad forum conscientie, curandum de verbis externe prolatis, quando de intentione contrahentium constat: addunt Angel. & Syluest. vbi supra, & Nauar. num. 8. adeo hoc verum esse, vt si intendant contrahere de præfenti esset verum matrimonium, quamuis verba sonent de futuro, quorum hæc est vera mens, & intentio, quod si desit intentio, & consensus internus, qualiacunque sint verba, nulla sponsalia, aut matrimonij oritur obligatio: & è contra, si ad sit intentio obligandi vinculo matrimonij, aut sponsalium, eaque manifestetur alteri aliquo signo exteriori, ita, vt ambo contrahentes intelligant, se mutuo per illa verba velle contrahere matrimonium, vel sponsalia, sufficienti qualiacunque verba: cum enim de ratione matrimonij, vel sponsalium non sint expressa verba, sed verba, vel signa, satis est, si verbis id significantibus, vel si verba id non significant, signo exteriori, sibi mutuo animum indicent: ita in terminis declarat, & tenet Thomas Sanchez, d. disputacione 18. n. 2. dicens, ob hoc optime Sotum in 4. distinct. 27. q. 2. artic. 1. post secundam conclusionem, versic. quod si; & Barthol. à Ledefma de matrimonio dubio 3. prope fin. & Pala. Canonicum nostrum quondam, iam vira functum dist. 27. disputacione 1. folio 571. col. 2. asserere, quod licet consensus contrahentium sit de præfenti, si non sibi mutuo per verba de præfenti explicent; sed per verba de futuro, non sit matrimonium; quod etiam dixit Petrus de Ledefma de matrimonio, quest. 45. art. 3. dubio 2. ad 7. pag. 157. & sequentijs, vbi etiam, quod si contrahentes velint contrahere, & intelligant se velle ma-

trimonium inire, quomodo cumque explicetur consensus, & per quæcunque verba est verum matrimonium.

Quod si de intentione contrahentium constare nequit, & res dubia sit, iudicandum est in vtroque foro, iuxta communem verborum intelligentiam: sed si hæc non addit, sed dubium omnino sit, in tali dubio pro matrimonio est iudicandum in vtroque foro, vt prædiximus.

Quod adeo procedit, vt opinio singularis alicuius Doctoris celeberrimi matrimonium sustinentis præferti debeat opinioni plurium impugnantium, nisi textui aperto innitatur, iuxta doctrinam Hostiens. in Summa de cognatione spirituali super verb. alter DD. in rubrica de sponsal. Barbat. cons. 6. numer. 2. volum. 1. Aaton. Gabriel tom. 2. commun. opinionum. fol. 95. col. 1. in versicul. opinio huius Doctoris, ex Menoch. plures referens lib. 2. presumpcione 71. num. 30. cum seqq. Anton. Cuchus lib. 5. institut. maior. tit. 11. numer. 157. Nauar. in Manual. Latin. cap. 27. num. 287. sequitur alios allegans Thomas Sanchez, d. lib. 1. de matrim. disputacione 18. num. 7. vbi veram esse intelligit cum alijs, dummodo illa opinio singularis probabilis ratione innitatur.

Sed non esse veram hæc sententiam probat Decius in cap. 1. num. 31. de constit. dicens, quod communis sententia Doctorum contra matrimonium, testamentum, & ceteras causas fauorabiles præfatur, & sequenda sit, opinioni singularis vnus Doctoris contrarie, non enim fauore matrimonij, vel alterius similis cause videtur recedendum à comuni opinione, quia sic fauorabilis cause debitores sumus, quod alij in iustitia non fiat, c. ex tenore de foro competent. & in c. final. de donat. inter virum, & vxor. Pro quo facit etiam l. sperat in fine princip. ff. de inoffic. testam. ibi, nisi aperte iudices inique, secundum heredem scriptum pronuntialie apparebit; quare merito hanc opin. tenet idem Barbat. cons. 3. scribit præclare columna penult. versic. nec obstat. volumine 1. vbi intelligit superiore opin. nisi opinio verior, & probabilior esset in contrarium, quia tunc non deberet iudicari pro matrimonio, ex d. l. si pater: addens, quod hoc sequitur omnis prudentia juris, quem refert, & sequitur aduersus priorem sententiam Decius vbi supra, & Alciat. lib. 3. Præadorum c. 7. nu. 3. & 4. & in reg. i. presumpcione 40. num. 2. Aviles in c. 1. Prætor. in glo. sel. num. 15. ibi, item limitatur, & Corta in 2. parte memorab. iuris in verb. nuptiarum causa, & Ioan. Orosc. in l. 1. num. 17. ff. de officio questor. vbi retenta hac opinione, querit, quod ergo erit, testamenti, matrimonij privilegium? Et respondet, id esse, vt si varie opinioes, si res dubia sit, melius is faciat, qui pro testamento, & matrimonio pronunciat; non tamen opinio singularis vnus, vel alterius Doctoris in fauore testamenti contra communem sequenda est, quando cõstat clare, quod communis opinio est contra matrimonium, vel quod opinio singularis esset notorie falsa, vt constat ex Decio, & reliquis modo citatis, & tenet plures allegans contra priores Ioan. Neuzant. in sua Sylua nuptial. lib. 5. num. 73. & Menoch. vbi supra n. 31. hanc etiam sententiam contra priorem sequutus sum in repetitione l. vnic. num. 21. c. quando non petent. part. 1. & verior mihi, & tenenda proculdubio nunc quoque videtur, præcipue cum etiam sit tantorum virorum iudicio probata; magna est enim auctoritas communis opinionis in iudicando, & consulendo, & ideo tenenda, & sequenda est, vt latissime probat Neuzant. vbi supra d. lib. 5. n. 1. cū pluribus sequentibus, vbi pluribus modis eam ampliat, & limitat, & tamen nostrā in proprijs terminis opinioe sup. vt vidimus tenet, & probat etiam in causa matrimoniali post Decium,

vbi supra, num. 23, cum sequentibus, & tradit Aviles etiam d. num. 15.

CAPITVLVM IV.

An sponsalia de futuro post Sacrum Concilium Tridentinum celebrata obligent, eius solemnitate non obseruata.

SUMMARIUM.

- 1. Sponsalia de futuro post Sacrum Concilium Tridentinum, an obligent, eius solemnitate non obseruata? & numeris sequentibus.
- 2. Sponsalia de futuro clandestina sunt omnino licita ex se, absque culpa.
- 3. Sponsalia de futuro sunt valida, licet contrahentes dispariter sint valde genere, vel diuini, dummodo contrahens consensu sit conditionis alterius contrahentis: nisi scandalum magnum ex eo matrimonio probabiliter timeretur, vt in n. 4.
- 4. Promissio interna tantum homini facta non obligat, seclusa iuris positui dispositione: attento solo iure naturali, vt hic.
- 5. Promissio Deo facta matrimonij contrahendi ex se, nisi alij veltur circumstantijs, inualida est.
- 6. Votum firmissimo animo emissum profitendi religionem ante matrimonium consummatum, an validum sit?
- 7. An liceat habenti votum castitatis, vel religionis contrahere matrimonium animo firmissimo ingrediendi religionem ante matrimonij consummationem?
- 8. Votum matrimonij, quando e ratione sit, quod vovens fragilem, & frequentur carnis tentationibus succumbentem speretur, an obliget?
- 9. Votum matrimonij, quando sit in honorem Dei, & causa pietatis, an validum sit?

Hanc questionem latissime examinauimus in nostro tractatu de Iuramento confirmat. 1. parte cap. 51. numer. 3. cum plurimis sequentibus, vbi neruose probauimus, Sacrum Concilium ea non prohibere, nec in ipsis loqui, sed tantum in matrimonio clandestino de presenti, ac proinde sponsalia de futuro tam iure communi, quam post Concilium valida esse, precipue iurata, & compellendos esse contrahentes ea obseruare, & adimplere censuris Ecclesiasticis, & ita practicali communitate resoluimus, tametsi moderata coercionis vtendum in hoc sit: excipiuntur casus de quibus ibi.

Superuenit Ioan. de Segura, qui in suo Directorio iudic. Ecclesiam 2. parte c. 13. numer. 6. & 7. cum sequentibus, nostram prae. sententiam improbat, & firmiter inquit esse tenendum ac asserendum, post Concil. Triden. iudicem minime compellere debere, sic de futuro matrimonium contrahere promittentes ad implementum promissionis, sed statim sine lite, & eius scriptis esse faciendam monitionem a iudice, de qua in c. requiritur de sponsal. quod si ei non obtemperetur, compulsionem cessare; discretique iudicis esse post Concil. Trident. desistere prorsus a coactione, & haec & alia asserit praefatus Modernus iuri, rationique, necnon, & praxi quoridianae omnium tribunalium Ecclesiasticorum contraria, & ideo merito eum postea improbauimus lib. 1. Canon. questionum cap. 73. post n. 10. ad fin.

Sed quod magis eius temeritas, & audacia conuincatur, referam nunc quam plurimos grauissimos Authores praeter a nobis priori loco citatos, qui nostram sententiam expresse profitentur, & sequuntur

tanquam verissimam, ex quibus apparet satis, esse communem, & magis communiter receptam, & verissimam, ac proinde proculdubio tenendam: tam in puncto iuris, quam in iudicando, & consulendo, prout etiam quoridie tenetur, & iuxta eam in praxi ante nostra scripta, & postea prout ab hinc quadraginta annis, & plus sepius vidimus iudicata: reiecta opinione contraria Segurae, necnon & Albornoz, de arte contrah. lib. 4. tit. 1. & Martienço, in rubrica tit. 1. gloss. 1. in 43. in princip. & n. 5. in fin. lib. 5. noua collect. reg. qui aliud inique etiam sentierunt.

Nostram autem sententiam tenent Nauar. in Manual. Latin. cap. 25. num. 144. & lib. 3. consilium 1. editione; tit. de voto, consil. 6. numer. 3. & lib. 4. tit. de consanguin. cons. 3. numer. 7. in 2. vero editione eodem tit. de voto cons. 3. numer. 3. & lib. 5. tit. de raptor. cons. 4. numer. 3. vers. 5. & Didac. Perez in l. 1. tit. 1. fol. 39. col. 1. vers. 10. contrarium lib. 5. ordinam. vbi inquit quod in pluribus causis per iudices ordinarios iudicatur, prout pluries vidit D. Spino in suo Specul. testam. gloss. 5. numer. 79. & 80. Salzed. in addition. ad practic. crimin. Canon. Bernardi Diaz, cap. 73. vers. 9. Mendoca de pact. lib. 1. cap. 4. numer. 62. Azueu. in l. 1. numer. 14. cum sequentibus tit. 1. lib. 5. noua collect. reg. Galleg. de cognitione spiritual. c. 13. Alphons. a Veracruce in appendic. ad Specul. conug. dubio 9. Celf. in summa casuum referuat. casu 19. Palati. in 4. sentent. distict. 40. quest. vltim. in fine. Enriquez lib. 1. de matrimonio cap. 5. numer. 8. Ludouic. Lopez in 1. parte Instruat. cap. 5. in fine: & in secunda parte in materia de matrim. cap. 37. pag. 1041. col. 1. & cap. 39. pag. 1061. col. 1. Bartholom. de Ledesma de matrimonio dubio 8. pag. 1229. Petrus de Ledesma de matrim. quest. 45. art. 5. circa secundum punctum dubio 4. fol. 180. col. 2. in fin. & in Summa de sacramento matrim. cap. 3. fol. 31. col. 2. in 4. concl. vbi quod sponsalia obligant ad contrahendum matrimonium, sub poena peccati mortalis, & quod hoc docent omnes Theologi, & Iuriste: Manuel Rodriguez in sua summa 1. tom. in 2. editione, ca. 244. numer. 10. Candelabrum Aureum 7. sacrament. 1. parte cap. 4. de sponsal. numer. 28. & cap. 5. numer. 47. & Vega lib. 6. in summa casu 104. & nouissime nos & praed. referens eandem sententiam sequitur, probat atque defendit respondens contrarijs, & a nobis in priori loco fundamenta huius sententiae muro accipiens Thomas Sanchez de matrim. lib. 1. disputatio 12. numer. 2. cum sequentibus, sicque est declaratum ab illustrissimis Cardinalibus, vt post nos aliqui ex supra citatis referunt, & plures declarationes Cardinal. idem dicentes refert, & congerit Farina, in 4. parte declarat. Cardinal. super cap. 1. in Decret. de reformatione matrim. sessio. 24. Conc. Trident. addit, & bene Petrus de Ledesma vbi supra in d. Summa tit. del Sacramento del Matrimonio fol. 33. col. 1. & 2. quod iudices regulariter, & communiter debent compellere eos, qui sponsalia de futuro contraxerunt, vt promissionem adimpleant, alias peccant contra iustitiam, & quod in hoc conueniunt omnes DD.

Vnde male distinguit Motius de contrah. lib. 1. de sponsal. sub rubrica de naturalibus sponsaliorum cap. in ep. capio, & c. numer. 1. fol. 169. col. 3. in princip. & sub rubric. que actio detur pro sponsalib. fol. 170. in princip. dicens, quod licet sponsalia obligent sub mortali, in foro tamen contentioso, qui sponsalia contraxerunt non compelluntur matrimonium contrahere, quoniam matrimonia debent esse libera, cum matrimonio coactio mali exitum habere soleat, limitat tamen hoc posteros fauore publici boni, quia tunc contrahentes sponsalia per censuram Ecclesiasticam esset compellendos ad matrimonium contrahendum, quia iudici obedire tenetur, verbi gratia, quando publici bonum futurum operatur, vt est alicuius regni conuersio

uersio ad fidem, vt notauit Ioseph. Angl. quem citat: veritas namque est, in vtroque foro regulariter etiam se moto bono communi, & a fortiori cum eo contrahentes sponsalia de futuro compellendos esse ad matrimonium contrahendum, & sic ad fidem, & promissionem adimplendam cum effectu, velatis superque probatum remanet.

2. Ex quibus aperte deducitur praed. sponsalia de futuro clandestina esse omnino licita ex se absque culpa, vt in terminis verius tenent, & probant Veracruce, vbi supra d. dubio 9. fol. 44. S. ad dubium, & Ludouic. Lopez in secunda parte Instruat. in materia de matrimonio quest. 45. art. 5. circa secundum punctum dubio 4. vbi refert responsum Cardinal. huiusmodi: praecipuum Concilij Tridentini, quod matrimonium celebratur coram parcho, & testibus non extenditur ad sponsalia; & dicit esse peccatum mortale ea non adimplere: quod etiam contra alios bene probat Thomas Sanch. d. lib. 1. de matrim. disputatio 13. n. 1. & 2.

3. Imo etiam valida sunt sponsalia praed. de futuro, licet contrahentes dispariter sint valde genere, vel diuitijs, diuidio contrahens consensu sit conditionis alterius contrahentis, quia tunc videtur velle eedere iuri suo, & excessus donationem facere, ita tenet Alphons. a Vera Cruce in tertia parte sui Specul. conug. art. 19. in concl. 2. Cordoua lib. 1. sui questionar. quest. 13. dicto 1. & Molin. Theolog. de Iustitia, & Iur. tom. 2. disputatio 271. fol. 113. dicens, quod quamuis puella nobilis, & viuens malefacit contrahendo sponsalia contra patris voluntatem, cum ignobilis, aut paupere, eo quod exequutio esse nequeat sine aliorum scandalis, & ipsius puellae dedecore, & ita prodigi, & cum peccato promittit, tenetur tamen, & quod nemo audeat affirmare oppositum, eo quod sit contra Ecclesiae praxim, huiusmodi fidem seruare cogentis, quem refert, & sequitur Tho. Sanchez lib. 1. de matrim. disputatio 14. numer. 2. tametsi Nauar. in Manual. c. 16. n. 8. contrarium teneat, quando inaequalitas est magna, sed potest eius opinio saluari, vt infra statim dicemus in cap. sequenti.

4. Superior tamen sententia affirmatiua limitanda est, nisi scandalum magnum ex eo matrimonio probabiliter timeretur. Nam virtus iustitiae obligare non potest ad actum, qui sine peccato adimpleri non potest: sed contrahere matrimonium cum magno illo scandalo est aperte lethalis culpa, quia notabiliter charitas proximi laeditur, dissoluitur parentum pietas, & cognatorum amicitia: ergo, & c.

Hoc idem probatur aut siltem colligitur ex text. in c. cum in tua de spons. ibi, de fama, vel scandalo: vbi gloss. verb. scandalo Abbas numer. 4. Alex. de Neuo num. 6. Prepos. num. 2. dicens, quod quando vehementer scandalum timeatur ex matrimonij contractu inter contrahentes consanguineos, potest, & debet iudex interdicere matrimonium, ita etiam tenet Abb. in c. requiritur n. 4. de sponsal. quod Ecclesia non debet compellere implere sponsalia, quoties rixae inter parentes contrahentium probabiliter timerentur, & melius hoc expresse tenent, & docent Fel. conf. 206. numer. 21. & Nauar. d. c. 16. numer. 18. Menoc. conf. 1. numer. 44. & 66. volumine 1. & Cordoua d. qu. 13. p. 1. paulo post princip. & nos lib. 1. Canon. questionum cap. 20. & 23. Capua lib. 2. decis. 79. numer. 3. Ludouic. Lopez in 1. parte Instruat. ca. 76. in 2. editione fol. 139. col. 2. loquuti sumus, quamuis sequuta sit virginis desloratio sub spe matrimonij futuri, quod quidem verum est propter praecedentem rationem secund. Tho. Sanch. d. lib. 1. disputatio 14. n. 3. vbi etiam, quod idem dicendum est, licet nulla sit inter contrahentes

disparitas secund. Ludouic. Lopez vbi supra. Sed quod caute hoc scandalum est considerandum, quia non sufficit quod unque, cum sepe vanae minae jactentur, terroresque opponuntur, & discordiarum pericula intendantur, quae tamen experientia teste, vbi defuerit ille impetus, & matrimonium celebratur, & in nihilum recidunt, facileque animi conciliantur, sedaturque omnis tempestas: idem probat, quoties est timor probabilis pessimi exitus, vt odij capitalis inter ipsos contrahentes secund. Menoch. vbi supra d. n. 66. & nos n. 23.

Hinc inquit Sanchez vbi supra numer. 4. quod nos docemus d. numer. 23. nempe posse patrem impedire sponsalia filij contra eius voluntatem iniuta: esse intelligendum, quando scandalum dictum probabiliter timeretur, alias secus: sed nos vbi supra d. n. 23. & n. 17. cum sequentibus loquuti recte sumus, quando scilicet ex huiusmodi matrimonio filij cum indigna contrahentis summa discordia, & odium inter patrem, & filium induci possent, quod sufficit, liquidem ex hoc scandalum probabiliter timeri potest.

Quamuis autem superiora vera sint, promissio tamen interna tantum homini facta, non obligat, seclusa iuris positui dispositione, attento solo iure naturali, nempe, si mentem alius obliget, non vero per modum voti, licet fornicare adducendam illi in vxorem. Ita tenet D. Thomas 2. 2. q. 88. art. 1. in corpore, & in 4. distict. 38. quest. 1. art. 1. quae summa prima. Abulen. cap. 30. Nam quest. 44. Angles in sub Florib. Theologie. questio. 2. parte in questione de voto, art. 2. in 4. difficultate, et communis sententia Iuris prudentium secund. Magistrum Aragon super Thom. vbi supra art. 3. fol. 99. 2. in vers. dico: & in vers. cul. de eadem simplici. & nos lib. 2. Canon. questionum ca. 2. n. 4. Merca. lib. 6. de contrah. lib. 1. cap. 3. fol. 41. Ludou. Lopez 1. parte Instruat. in 2. editione cap. 17. 5. ad questionem existimo, Cordoua in sua Summa questionum 133. Enriquez lib. 1. 3. de excommunicat. ca. 17. n. 5. in commento liter. I. Manuel Rodriguez tom. 1. summa in 2. editione cap. 9. statim in princip. & dicit esse probabilem Molina Theolog. in 2. tom. de Iustitia, & Iur. tractatu 2. disputat. 266. & hinc adhuc et Thom. Sanchez de matrimonio, lib. 1. disputatio 3. n. 5. alios allegans, quamuis n. 4. in fine asserat, contrariam esse iuris probabilem, quam tenebant Ledesma, in secundam partem 4. questione 13. art. 1. dubio 13. & Valacios lib. 5. de contrah. lib. 1. cap. 1. 5. Porro vt meam, Mendoca lib. 1. de pact. cap. 4. nu. 8. & in eam magis inclinauit Soto, & Angles, & Aragon, necnon & Molina vbi supra. Sed prima negatiua est verior, communis, & tenenda, vt patet ex supra dictis.

Promissio autem Deo facta matrimonij contrahendi ex se, nisi alij veltur circumstantijs inualida est, impedit enim coelibatum, qui dignior est matrimonio, vt definitur i sacro Concil. Trid. sessio. 24. Can. 10. inquit enim: Si quis dixerit, statum conjugalem anteponendum esse statui virginis, vel coelibatus & non esse melius, ac beatius manere in virginitate, aut coelibatu, quam iungi matrimonio, anathema fit, vti enim est promissio melioris boni, secund. Tho. per omnes recepti 2. 2. quest. 33. art. 2. in corpore in fin. vt docuimus lib. 2. Canon. questionum cap. 22. n. 1. quod optime probat Aragon de Iustitia, & Iur. in 2. 2. D. Thom. quest. 38. de voto, art. 2. pa. 6. 2. col. 2. obligabit tamen huiusmodi votum contrahendi matrimonij eo casu, quo matrimonium esset in praepo, vt, si vovens deslorauerit virginem fide data de matrimonio; quia tunc praestantius est matrimonium, quia est in precepto: item quando ex eo matrimonio speraretur vtilitas maxima totius reipublicae, vt patet inter Principes Christi nos, bello.

bellorumque sedatio, vel copiosa infidelium conuersio; tunc namque vilis esset ad Dei honorem, matrimonio copulari, vt docet Thom. Sanch. lib. 1. de matrim. disputatio 4. n. 1. vbi alia adducit in proposito.

7 Dubitari tamen contingit, an votum firmissimo animo emissum profitendi religionem, ante matrimonij consummationem validum sit? Et valere votum matrimonij si vtrique votum castitatis emissum sit, vt contingit in matrimonio Beate MARIÆ Virginis, probat Dominicus à Soro lib. 7. de Iustitia, & Iur. quæst. 1. art. 3. in vers. sed ais saltem licere: quia hoc votum est de re bona, vt de sacramento, eiusque gratia recipiendi, & quia non praecludit viam ad maius bonum, cum ante matrimonij consummationem possit vouens ingredi religionem, idque in animo habeat.

Cæterum notum est, validum esse id votum, si esset aliqua particularis ratio ob quam ad Dei honorem id matrimonium expediret, vt euenit in matrimonio Beatissimæ Virginis MARIÆ.

Secundo tamen hoc casu nullo modo esset validum, vt docet Magister Aragon vbi supra, & probat ex professo Thom. Sanchez vbi supra, nu. 2. cui opitularur alia ratio, nempe, quod eo animo contrahens illudere videtur sacramento, & notabilem iniuriam inferre puellæ, nam cogit ipsam absque nuptijs esse, donec ipse profiteatur: etsi egrediatur, esse vxorem monachi, cum suo dedecore; & eo professo, non ita facile alij nuberet, & suspitionis nota non leui afficeretur: exultabant enim multi eam desertam esse ob aliquod vitium: decipit etiam in re graui puellam, nulla enim hoc animo cognitio ei nuberet: insuper, priuat eam interim redditione debiti, si ab ea peccatur: & præterea exponitur, sic contrahens manifestissimo periculo mutandi animi, & sic violandi votum.

An autem liceat habenti votum castitatis, vel religionis contrahere matrimonium animo firmissimo ingrediendi religionem, ante matrimonij consummationem, dicemus 1. cap.

8 Addit præterea Sor. vbi supra vers. contra hanc autem, quem sequitur Aragon etiam vbi supra col. 2. §. sed restat nunc, & alij Moderni, non obligare etiam votum matrimonij, quando ea ratione fit, quod vouens se fragilem, & frequenter carnis tentationibus succumbentem speretur. Contraria tamen sententia in hoc est verior, & tenenda, imo quod huiusmodi votum obliget ad ducendam vxorem, vt late eam probant, & tenent Caietan. in 2. q. 88. art. 2. dubio vltimo. Nauar. in suo Manual. Lat. cap. 12. num. 43. in fin. Bellarm. lib. 2. de monach. cap. 14. Angles in suis Florib. Theologic. quæstionum. 2. p. quæst. 1. de voto art. 1. difficult. 12. Ludouic. Lopez in 1. parte Instructor. cap. 44. §. votum absolute. Philarc. de officio Sacerdot. 1. tomo parte 2. lib. 3. cap. 17. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 6. nu. 5. Molin. Theolog. 1. tomo de Iustitia, & Iur. tractatu 2. disputatione 149. §. verum enim vero. Manual Rodriguez in sua Summa 2. tom. cap. 9. 4. num. 14. quos refert, & sequitur, dicens quod eam tenent communiter Iuniores docti. Thom. Sanch. d. lib. 1. disputatio 4. num. 7. vbi n. 8. responderet fundamentis contrariæ sententiæ: hæc igitur secunda est magis communiter recepta & verior.

9 An autem validum sit voti matrimonij, quando fit in honorem Dei, & causa pietatis late agit pro, & contra Sanchez, vbi supra, num. 9. cum sequentibus, & tandem resoluit non valere, nisi fiat sub conditione, videlicet, si ducturus sum vxorem, ducam pariterem.

CAPITVLVM V.

An sufficiat acceptatio sponsalium absq. re promissione, vt vterque contrahens remaneat obligatus.

SUMMARIUM.

- 1 Acceptatio sponsalium an sufficiat absque re promissione? & numeris sequentibus.
- 2 Tacens videtur consentire quantum est in sui fauorem, non vero in sui præiudicium.
- 3 Is, qui fidem dedit alteri acceptanti de contrahendo matrimonium, obligatur ad id contrahendum, non quidem sponsalium vi, cum nulla sint, sed vi simplicis promissionis: nisi alter post acceptationem diu distulerit re promissionem & matrimonium perficere, vt in num. 4. & quid si promissor tempus ad complendam suam fidem adiecit? num. 5.
- 6 Sponsalium re promissio mutua, etiam gratis facta, est obligatoria.
- 7 An promissio simplex matrimonij non mutua ab altero tamen acceptata absque re promissione, obliget sub culpa lethali, an vero veniali tantum? & numeris sequentibus, vbi late probatur pluralibus fundamentis, quod obliget sub culpa mortali: & numer. 1. quod hoc intelligatur modo quis vere promissor, cum animo se obligandi, secus si facta sit promissio, vt hic, secundo intelligitur, modo exprimitur in promissione, causa ipsius promissionis, vt in num. 1. intelligitur tamen hoc, vt in num. 2. tertio intelligitur principia sententiæ præd. nisi res sint notabiliter mutata, vt in num. 1. 3.
- 14 Que sit materia grauis in promissione simplici, vi eius violatio sit mortalis culpa?
- 15 Promittens gener alteri votum sacrum cum animo se obligandi, si id omittat, an delinquat mortaliter, necne? distinguitur, n. 16.

Præter affirmatiuam in hac quæstione tenent Palud. in 4. distinctione 27. quæst. 1. art. 1. numer. 4. Alphons. à Veracruz in appendice ad Specul. conjug. dubio 9. ad secundum fol. 44. & videtur tenere D. Anton. Archiepiscopus Florent. in 3. parte sue Summæ tit. 1. cap. 13. in princip. Summa Roçela verbo sponsalia num. 4. & Syluol. eodem verb. in princip. dum dicunt, esse sponsalia, si alter se acceptare ostenderit à contrario sensu: & Summa Tabiena verbo sponsalia quæstione 3. num. 4. in fine, & Nauar. in Manual. Hispan. ca. 22. n. 22. dum asserit, non esse sponsalia, si altero promittente, alter minime acceptat.

Hæc tamen sententia, quamuis vera sit, quarens habet ex parte promittentis esse sponsalium fauorem acceptantis, ita vt is promittens compelli possit ad imprudendum præd. promissionem: at tamen, quatenus dicit acceptantem remanere itidem obligatum ad idem absque alia re promissione, vera quidem non est, nec tenenda, sed potius contraria: imo quod requiritur mutua promissio ad hoc, vt vterque maneat obligatus. Quod primo probatur, quia in dubio obligatio inducenda non est, quoties ipsa non intercedit, cum sit contra possessionem voluntatis suam libertatem possidentis, sed acceptans tantum promissionem, hoc solum facit in sui fauorem, nec se vicissim idem facere adiecit, ergo non remanet obligatus, quod ex eo verissimum efficitur.

Quod tacens videtur consentire, quantum est in 2. sui fauorem, non tamen in sui præiudicium, gloss. junct.

junct. tex. in reg. qui tacet de regul. iur. in 6. Innocent. in cap. in Genesi de electione. num. 8. Abb. num. 1. Felin. numer. 19. in cap. nome de presump. Couar. in practic. quæstionibus cap. 15. num. 5. late Menoch. de presump. lib. 3. presumpzione 42. num. 4. Pacian. lib. 1. de probat. cap. 30. numer. 4. vn de taciturnitas non est sufficiens consensus si nunc ad obligandum personam, iuxta gloss. in l. filius famil. 8. verbo non probatur de procurat. Dyn. in d. reg. qui tacet. Pacian. d. lib. 1. cap. 29. num. 75. ergo similiter acceptans promissionem, censetur solum acceptare in quantum est in sui fauorem, vt promittens maneat sibi obligatus, non autem in sui præiudicium, vt ipse obligetur. Secundo idem probatur, quia obligatio est onus, & juris vinculum, hoc autem absque promissione, vel re promissione expressa, aut saltem tacita ex signis equipollentibus expresse non inducitur, præsertim, cum sit stricti iuris, l. qui quid astringenda cum simili. ff. de verb. oblig. ergo, &c. Tertio, quia nullus contractus fit, nec celebratur sine consensu vtriusque partis, vt patet ex iurilo instit. de obligat. ex consensu vel quasi, &c. Sed acceptans promissionem alterius, minime se obligat, ergo obligatus non remanet: hinc l. Regia secunda tit. 26. lib. 5. noua collect. Regie requirit ad hoc, quod quis remaneat obligatus, vt conflat, que aliquo se quis obligat a terro per promissionem, o por algun contracto, o en otra manera, vt ibidem cauetur, in nostro autem casu hoc non apparet, sed tantum de acceptance in sui fauorem promissionis alterius igitur acceptans non remanet obligatus, si de alio non consistit.

Quarto, quia contra eum, qui potuit legem apertius dicere, & non dixit, est facienda interpretatio, vt in l. veteribus ff. de pact. cum simili, sed hoc promittens potuit apertius dicere expostendo re promissionem alterius, & non fecit: ergo sibi imputet.

Quinto, & vltimo huic sententiæ fauet prædicta communis, que vtriusque contrahentium mutua promissionem requirit, atque desiderat, ergo, &c.

Nec obstat si in contrarium replices ex sola acceptance promissionis sponsalium resultare tacitam re promissionem, que sufficit, quia taciti, & expressi idem est iudicium, l. cum quid, cum simili. ff. si cert. per. non enim potest verificari acceptatio in hac specie, quin etiam videatur ex vtraque parte contracta sponsalia: nam respondemus, quod acceptatio præd. potest sumi de se per se solum, absque tacita, nec virtuali re promissione; in hunc videlicet sensum, si acceptans voluerit alteri promittenti ei matrimonialiter consentire, & sic in fauorem tantum acceptantis, non vero, quod ipse acceptans videatur ex hoc solo obligatus ad contrahendum matrimonium, ita vt ad hoc absque ipsius consensu inuitus compelli possit, & sic in sui fauorem, cum in hac specie fauor separari possit ab odio, & sic præiudicio.

Quibus fundamentis merito hæc secunda pars verior efficitur, quam tenent Dominicus à Soro in quarto, distinctione 27. quæstione quarta articulo primo post primam conclusionem versicu. in contrarium tamen, & Ludouicus Lopez in secundo tomo Instructor. in materia de matrimonio cap. 16. folio 1032. §. præterea quoniam, & Petrus de Ledesma de matrimonio quæstione 43. articulo 1. dubio 1. §. in hac difficultate, versicu. sic conclusio, in solutione ad 6. & voluit idem Auctor, in Summa de Sacramento matrimonij, pagina 39. columna 1. in versicu. loquendo, & Thom. Sanchez de matrimonio lib. 1. disputatio 5. n. 1.

Ex qua verissima, & tenenda sententia deducitur, cum, qui fidem dedit alteri acceptanti tantum

de contrahendo matrimonio, obligati ad id contrahendum, non quidem sponsalium vi, cum nulla sint, sed vi simplicis promissionis acceptate: ita tenet Guilielm. quem refert, & sequitur Dinius Antonius Archiepiscopus Florentin. in tertia parte sue Summæ tit. 1. cap. 13. in princip. versicu. nota ergo, Summitate verbo sponsalia, nempe Tabien. quæstione 3. num. 4. in fine. Armill. numero 3. Soto in 4. distinctione 29. quæstione 2. articulo 1. post primam conclus. versicu. in contrarium, Nauar. in Manual. Lat. cap. 22. nu. 23. in princip. Bartholom. à Ledesma de matrim. dubio 2. §. annotare oportet hic primum; Ludouic. Lopez in secunda parte Instructor. in materia de matrim. cap. 36. folio 1031. §. perpendendum est, & folio sequenti §. præterea quoniam; Petrus de Ledesma de matrimonio quæstione 43. art. 1. dub. ad sextum, Segura in secunda parte Director. cap. 15. numero 14. Manuel Rodriguez in prima parte sue Summæ, in secunda editione cap. 24. numero 1. conclusionem 1. & ita teneo, estque recepta sententia, quicquid contrarium vellet Veracrus in appendice ad Specul. conjug. dubio nono, ad secundum, folio 44. & Molin. de Iustitia, & Iure in secundo tom. tractatu secundo, disputatio 263. folio 69. ante §. non defuerunt: contra quos priorem sententiam probat, veram esse dicens, quando matrimonij promissio fit gratis, & liberaliter, tunc namque altero acceptante promissionem nec re promittentem solus promittens obligatur, Thomas Sanchez de matrimonio lib. 1. disputatio 5. n. 12.

Qui post Sotum, & Ludouicum Lopez vbi supra quædam limitat, quoties alter post acceptationem diu distulerit re promissionem, & matrimonium perficere, tunc namque censetur contemnere, atque ita, qui promissus manebit liber ex tacita promissione, & inquit Sanchez ibidem hoc tenet arbitrio prudentis, atque attentis circumstantijs occurrentibus perpendendum esse.

Verum hæc restrictio vera non videtur, siquidem promittens nullum tempus adimplendi suam promissionem adiecit, sibi que imputet, quare id non expresserit, nec sufficienter consilare videtur ex sola dilacione acceptantis, quod censetur ipse promissionem præstatam contemnere, cum iam eam durare, nec promissor infret pro eius adimplimento, nec acceptans infrauet suum contemptum, & sic poterit ipse quandoeumque ille promissor voluerit cum alia persona contrahere matrimonium, opponere se eius monitionibus, a que petere, vt fides prius sibi data adimpleretur, & iudex debet hoc sua sententia præcipere, & pronuciare quid tenendum.

Ego quidem in hac specie, quando scilicet nullum tempus exprimitur, quo promissor adimplere debeat suam promissionem contrahendi matrimonium cum ea persona præsentis, & acceptanti absque re promissione eisdem censeo verius, & tenendum esse contra præd. restitutionem Soti, Ludouic. Lopez, & Sanchez ex modo relatis fundamentis, que magis astringunt, quam contraria, & sic quod licet vterque acceptans tantum, post acceptationem diu distulerit re promissionem, & matrimonium perficere, non tamen ex hoc promissor liber remaneat, cum nec etiam huiusmodi remaneret, si ambo simul promitterent sibi inuicem matrimonium contrahendis, & alter postea diu id adimplere distulerit: limito tamen hoc duobus modis. Primo, quando ille promissor quereret acceptantem in iudicio, vt perficeret cum eo matrimonium infra breuem terminum à iudice assignandum, eo ipse acceptans renuerit id adimplere tunc namque merito, quod promissor liber remaneat, accusat demum contumacia, & à

judice litera concessa ad contrahendum cum alia persona, extra iudicium fieret, si acceptans id recusaret. Secundo, quando de contemptu promissionis iudice constaret: secus, si tacite is contemptus coniectari presumatur per supradicta.

5 Quod si promissor tempus ad complendam suam fidem adiecerit, tunc distinguendum erit profecto tempus in hunc modum, aut enim id tempus adiectum fuit, non quidem eo animo, vt post dictum tempus promissio finiretur, sed simpliciter in fauorem acceptantis, aut per modum finiende obligationis, hoc est promissionis, in primo casu numero 3. liberabitur per lapsam diu temporis, in secundo vero liberabitur altera parte ante cursum temporis, vel contentente petere implementum pced. promissionis: & hoc quidem ex mente, & animo externo promittentis, & acceptantis, iuxta quem iudicandum est: quod igitur remedium dabitur promissori in prioribus duobus casibus, vt liberetur a sua promissione perpetua: hoc profecto, vt petat a iudice ecclesiastico competenti, vt assignat acceptanti terminum breuem, intra quem, vel in assignato ab ipso promissore compellat eum, vel eam ad repositionem actualem cum effectu mutuo faciendam, & adimplendam, ita vt alias promissori liberetur a pcedenti sua promissione, & ei detur licentia, vt libere possit cum altero, vel altera contrahere, & cum hac declaratione, & distinctione, non vero alia procedere potest pced. Modernorum limitati.

6 Verum si re promissio sponsalium mutua, etiam gratis facta sit, proculdubio erunt sponsalia obligatoria: promissio vero sola respectiue ad repositionem sequi debentem facta per modum contractus requiritur necessario, vt obliget, quod sequatur repositio, & dum ea non accesserit, prior promissio non est efficax ad obligandum promittentem, sed potest promittens liberare, & tuta conscientia a fide pcedit resistere, & penitere, vt bene probat Thomas Sanchez d. lib. 1. disputacione 2. numero 14. vbi quod in vtroque foro fides adhibenda est priori assentiens consentium reuocasse, vt aduertit Anton. de Butr. in cap. penultim. numero quarto. de sponsal. quia in dubio presumitur sub ea conditione consentisse, si alter statim promittat, & numero 15. agit Sanchez, quando censetur per modum contractus, & quando gratis promittitur? & resoluit, pronatitenti intentioni standum esse: quod si de ea non constat, ex coniecturis desumptis ex antecedentibus deprehendatur, quia si de matrimonio inter eos contrahendo tractabatur, manifestum est promissionem non esse gratuitam: si autem nullatenus de hoc sermo erat, sed ob aliquod beneficium acceptum, quasi lex gratum exhibens promissit, censetur ex gratitudine, ac beneuolentia promississe, & non per modum contractus respectiue, & in dubio iuxta sponsalium naturam, que est, vt sit contractus mutui, & respectiue promittente: quare altero non repositente, minime tenetur.

7 Dubitatur tamen, an promissio simplex matrimonij non mutua, ab altero tamen acceptata, absque repositione eo casu, quo pcedimus obligare, obliget sub culpa lethali, an vero veniali tantum? & in hoc vtramque opin. seclusis alijs circumstantijs probabilem dicit Petrus de Ledesma in sua summa de sacrament. matrimon. cap. 3. folio 32. columna prima ad fin. & columna sequenti, qui magis se inclinare videtur in partem maiorem, nempe, tantum obligare sub veniali culpa, nisi essent circum-

stantie obligantes ad mortalem culpam, veluti si promissio facta fuisset in pretium, vel solutionem corporis mulieris, vel si ob pced. promissionem, mulier incurrisset in damnum remanendi in nupta: idem Ledesma de matrimo. questione 27. articulo quinto, dubio secundo, conclusio 1. folio 255. eandem sequitur Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 13. num. 2.

Fundatur hac sententia ex opinione tenentium simplicem promissionem acceptatam generaliter obligare tantum sub veniali culpa, qui sunt Caiet. 2. questione 113. articulo 1. dubio 4. & in summa verbo perfidia, vbi & Armill. numero vni. Soto in quarto distinctione 2. questione 2. articulo 2. paulo ante §. at vero: quamuis Franciscus Garcia de contrah. prima parte, ca. 3. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 3. nu. 2. & lib. 13. de excommunic. cap. 7. numer. 5. & 6. vbi addit, non implentem hanc promissionem, non teneri ad restitutionem, nisi post iudicis sententiam.

Ego vero in vtroque casu proculdubio teneo contrariam sententiam, quam censeo esse veriore, & receptiorem, atque omnino tenendam, eo quod promissio simplex sponsalium acceptata in materia graui, prout hac est, obliget sub mortali. Secundo, quia idem est dicendum generaliter in alia quacunque simplici promissione acceptata extra sponsalia, vt obliget sub peccato mortali in materia graui. Primum probatur ex fundamentis secunde, que sunt vrgentissima, quorum septem congerit nouissime Thom. Sanchez lib. 7. de matrim. disputacione 5. numer. 20. & precipua sunt sequentia.

Primum, quia excommunicatio ferri non potest, nisi pro peccato mortali, vt probauimus lib. 2. canonic. questionum. cap. 26. numero 16. sed pactum non seruans potest excommunicari, ca. 1. de pact. cum simi, ergo peccat mortaliter pced. promissionem non seruans.

Secundum, quia fides pcedit etiam hosti est seruanda, capit. noui 23. questione 1. cum similib. ergo signum est, eius fractionem, esse culpam mortalem.

Tertium ex cap. qualiter de pactis: illi studiose agendum est, vt ea, que promittuntur, opere compleantur, Abbas ponderat verbum, promittuntur, vt loquatur de simplici promissione.

Quartum, quia inter simplicem loquelam, & iuramentum Deus non constituit differentiam, capit. iuramenti 22. questione 5. quod explicat Abb. vbi supra in fine quo ad obligandum, licet grauius peccet iuramenti transgressor: ergo obligat ad mortale.

Quintum, quia seruare fidem non solum pertinet ad veritatem, sed etiam ad iustitiam, vt ait Cicero lib. primo de Officijs.

Sextum, quia quandoque in foro exteriori juris quis compellitur adimplere promissionem, tenetur etiam ex lege iustitiae implere in foro interiori sub mortali, vt fateatur Caietan. author contrarie sententia in summa, verbo perfidia, & corroboretur, quia in vtroque foro idem seruandum est, vbi forus exterior non innititur falsae presumptioni, neque in penam, que iudicis sententiam desiderat, vt recte docent Sorus lib. 4. de iust. & iur. q. 5. art. 3. vers. quarto arguitur. D. Conar. in c. cum esset num. 7. de testament. Ledesma in 2. a. quest. 18. articulo 1. dubio 12. fol. 217. col. 22. in princip. sed promittens cogitur in foro exteriori stare promissioni, vti d. cap. 1. & in cap. qualiter de pact. & in l. 2. incip. Parefciendo, & articulo 16. lib. 5. noua collecta. regia: nec lex hac penalitatis est, aut falsae presumptioni innitens: ergo & in foro interiori obligat: quibus fit, vt ad restitutionem

tionem quoque iste promittens tenetur, & ideo merito hanc partem, scilicet, quod promissio simplex accepta generaliter obliget, non solum in foro exteriori, sed etiam in interiori anima sub poena peccati mortalis, tenent quamplurimi Authores, estque verissima, communis, & receptissima sententia, vt patet ex Thomae Sanchez d. lib. primo, disputacione 5. num. 20. qui eos citat, nempe Abb. in d. cap. qualiter in fine. Ant. de Butrio in d. cap. 1. numer. 2. de pact. & ibi Fortunius numero 301. Al. xani de Neuo in cap. debitores, num. 9. de iure iurando. Angel. in summa verbo pactum numero 4. Tabien. questione 2. numero 3. Syluest. quest. 4. & verbo lex. questione 10. dicto 12. Nauar. in Manuali Latin. capit. 18. numero 6. D. Couar. de pactis in 6. secunda parte §. 4. numer. 13. in vers. quidam autem, Ioan. Molin. de differentijs inter forum conscientie, & contentiosum, different. 17. Mendoc. de pact. lib. 1. cap. 4. n. 2. cum sequentibus, qui numero vltimo concludit, teneri restituere non implentem promissum, eumque cum promissio facta est posse oculata compensatione vti; Theologi, & tanquam plures hanc sententiam tenuerunt, nempe idem Caiet. 2. questione 88. art. 1. in princip. dicens, promissionem simplicem de re leui non obligare ad mortale, secus de re notabili: Richardus in quarto sentent. distinctione 38. articulo 3. questione 3. & ibi Dionys. questione 2. §. queritur, Abulen. cap. 30. num. 5. o. ad §. 2. & cum Guillier. D. Anton. 2. parte titulo 10. cap. 1. §. 4. Soto de iustitia, & iur. lib. 7. questione 2. art. 1. ad primum, veritat. vero Medin. lib. 5. de factor. homin. continencia cap. 23. vers. sed ad. Nauar. lib. 2. de restitutione in noua editione cap. 2. num. 7. corol. 3. numer. 329. Angles in florib. Theolog. questionum 2. parte, questione 1. de voto articulo 2. difficult. 3. conclusio 1. Barthol. a Ledesma dubio 8. de matrimonio §. annotare oportet. Aragon. 2. 2. questione 88. articulo 3. folio 991. §. hoc tamen non obstante, Ludouic. Lopez in prima parte Instruitor. in secunda editione cap. 180. §. parro, & hac, & lib. 2. de contrah. c. vltim. ad fin. vers. at vero, Manuel Rodriguez in secundo tom. sua summa cap. 27. in princip. Mercad. lib. 7. de contrah. cap. 16. statim in princip. Michael Palat. lib. 5. de contrah. cap. 11. §. est igitur, vt summatim: & hanc ego semper tenui, consuliui, teneo, & doceo omnino tenendam, quos Authores ideo retuli hic, licet sint congesti per Thomam Sanchez vbi supra, qui eam quoque sequitur, vt facile lector videat, quam temerarium esset discedere ab hac verissima, & sana doctrina tantorum Patrum, non obstante opinione nonnullorum contrarium tenentium, quam nec veram, nec probabilem, nec securam esse censuo.

Ex quibus manifeste remanent probata prima superior sententia, quam tenuimus, & docemus, nempe promissionem simplicem sponsalium acceptatam, quo casu diximus obligare, obligare quidem sub peccato mortali, vt potest super re, & materia graui, quam in terminis nostris nuncupatum tenet, & probat Bartholom. a Ledesma dubio 8. de matrimonio §. annotare hic oportet primo, & Thomas Sanchez d. disputacione 5. numero 26. lib. 1. de matrimonio.

10 Superior tamen receptissima sententia, & tenenda, que habet, simplicem promissionem acceptatam, generaliter obligare in foro interiori sub peccato mortali, intelligi debet modo quis vere promittit animo se obligandi, quoniam si facta sit promissio, non tenetur promittens ex vi illius adimplere, vein qualibet obligatione voluntaria traditur in l. obligatorum, la prima ff. de actio. & oblig. & de promissione l. 1. titulo 15. partia quinta, ibi, Promissione es otorgamiento, que hazen los homes por palabra, & con intencion de obligarse, exprellal. 2. in

principio, ibi, parefciendo, que alguno se quiso obligar, titulo 16. lib. 5. noua collecta. reg. Matien. in l. 7. glossa secunda, n. 29. titulo 10. eodem lib. 5. & plures ex Theologis supra citatis, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez, vbi supra numero 21. dicens, quod ex hoc plurimae promissiones possunt excusari a mortali, quia per eas non intendunt homines se obligare pced. sed ex quadam beneuola honestate, vt potest si promittens, requisitus, vt promissionem iuramento confirmet, id recusat, non ob reuerentiam iuramenti, sed ne teneat mortali: vel si quando promitteret interrogatur, an veller se obligare ad mortale, responderet negative, Caiet. 2. 2. quest. 88. Ludouic. Lopez in 1. parte Instruitor. in 2. editione, cap. 180. Aragon. vbi supra, fol. 992. Hac exempla non ardeant regulam pceditam, quin idem fir dicendum in alijs similibus, quibus confiter, animum se obligandi desuisse. Promissio namque facta sponfalium absque animo promittendi, nec implendi promissum, nec se obligandi, non obligat in conscientia, vt tenent omnes secundum Petr. Ledes. in sua Summa, tit. Del Sacramento del Matrimonio. c. 3. conclud. 2. fol. 30. ad fin. vbi in 3. conclusione secus esse dicit si promittens habet animum se obligandi, licet cum non habeat adimplendi promissum, secundum omnes, sed de hoc agemus latius inf. alio cap.

Secundo eadem receptissima sententia intelligi debet, dummodo exprimat in promissione causa ipsius promissionis, licet enim stipulatio, promissio, seu quilibet contractus sine causa celebratus merito iure valeat, si tamen ex eo agatur, potest obijci exceptio doli mali, ita quod fit obligatus soluere non teneatur, l. 2. §. circa ff. de dol. mal. & mer. excep. & ibi notant gloss. & communiter Doctores: estque communis prope omnium Doctorum sententia, vt late resoluimus in nostro tractatu de iuramento confirmatorio, prima parte, cap. 47. de contrah. sine caus. celebrat. n. 1. cum sequentibus, vbi late id ampliuimus, & limitauimus.

Hac tamen cause adiectio solum desideratur in iure, ne joco, & absque animo promittendi promissio facta presumatur, & per errorem. Quare si alia via constaret de promittentis voluntate, neque ex errore promissio, compelleretur, etiam in foro exteriori seruare fidem, vt docet Anton. Gomez in 2. tom. variat. resolut. cap. 11. num. 2. in fin. diximus d. cap. 47. num. 6. Thomas Sanchez d. lib. 1. disput. 5. num. 22. in vers. verius tamen est, & ante eum D. Couar. de pact. in 6. 2. parte, §. 4. nu. 14. vbi ait, presumi donationem, quando constat, non ex errore cause promissio, sed cognouisse ex nulla causa se debere, in dubio tamen, quando talis scientia non probatur, promissio, seu obligatio sine causa non valet: quia presumitur aliquo errore facta, & non ex certa scientia, & tunc debitor non tenetur in effectu opposita exceptione doli; quia in dubio donatio non presumitur, l. cum de indebitis, cum similib. ff. de probation. ita in terminis tenet Anton. Gom. vbi supra, numer. 3.

Sed cum in foro conscientie cesset pced. presumptio erroris, obligabit promissio, quamuis causa expressa minime sit, secundum Syluest. in summa verbo pactum q. 4. Nauar. in Manuali Latin. c. 18. num. 6. Matien. in d. l. 2. glo. 1. nu. 11. tit. 16. lib. 5. noua collecta. Reg. quos refert & sequitur Sanchez d. n. 22. ad finem.

Tercio, intelligenda est pced. receptissima sententia, nisi res sint notabiliter mutata: quia tunc non obligabit pced. promissio, vt per Molin. 2. tom. de iustitia, & iure, disputacione 272. & breuiter Sanchez vbi supra, numer. 43. & in materia promissionis sponsalium opt. text. in cap. quemadmodum de iure iurando.

14 **Quarto** obseruandum est in proposito, inter Doctores non consistit, quanam sit materia grauis in promissione simplici, vt eius violatio sit mortalis culpa? Nauar. namque in *Manual. Lari. c. 18. numer. 7.* ait, eam esse, que satis est, vt illius furtum sit mortale: quia vtrouique iustitia violatur. Ludou. Lop. in *1. par. infructuosa, in noua editione. c. 180. §. 3. requiritur. & lib. 2. de contract. cap. vltim. ad finem. §. ait vero, tenet contrarium cum Joanne de la Penna, dicens, quod quamvis furtum decem argenteorum esset mortale, non tamen esset sufficiens materia, vt violatio promissionis donandi illos, esset mortales secus si esset promissio donandi centum. Sed Tho. Sanchez *lib. 1. disputatio 5. num. 24.* credit quadruplo maiorem materiam exigi in promissione, quam in furto, quod ibi late nititur probare: sed ego non video rationem efficacem probandi suam assertionem hoc nomine quadrupli, maioris, vel minoris summe: vnde mea sententia est hoc relinqui arbitrio, & discretioni prudentis viri, qui hoc estimabit attentis debitis circumstantijs concurrentibus personarum, rerum, & temporis qualitatibus, alijque opportunis: cum iure non sit determinata certa quantitas in proposito, argumento *l. 1. cum simili. ff. de iur. delib.**

15 **Illud** autem rectius existimasse videtur Thomas Sanchez *ubi supra numero 25.* contra Nauarum *lib. secundo de restitutione cap. 2. in noua editione, numero 329.* promittentem generaliter vnum sacrum cum animo se obligandi, hoc omittentem, non delinquere mortaliter, cuius contrarium tenebat Nauar. *ubi supra* eo motu fundamento, quia detrimentum spirituale ex omisso sacro est magni grauisque quocumque temporali. Item, quia vouens Deo sacrum, & non implens mortaliter peccat: sed rigida, & minus vera est haec sententia secundum Sanchez *ubi supra*, quoniam damnum spirituale conferendum non est cum temporali: alias promittens alteri vnam tantum orationem Angelicam, & omittens peccat mortaliter, & similiter consulens venialiter: sed hoc non est ita: ergo nec illud. Quare ad iudicandum, an sit damnum graue, conferendum est temporale cum temporali, & spirituale cum spirituali: in genere autem damnorum spiritualium, non est tanti momenti omisso sacri liberaliter promissi, vt censenda sit mortalis: neque simile illud de voto: quia votum pertinet ad religionem, & est in ordine ad Deum, & ita multo strictius obligat: si enim quis voueret, se quotidie recitare tertiam partem circuli Virginie, hoc est, *Del Rosario de nuestra Señora*, semel omittens peccaret mortaliter, quia votum est Deo factum, secus si homini promitteretur, ita Sanchez *ubi supra*.

16 **Nihilominus** in specie praemissa, ego sic distinguem, vt, qui gratis promittit alteri vnum sacrum, ad quod licebat (at quia sibi indicatum fuisset, vel alios donatarium teneri, & obligatum esse alteri, vel ratione pietatis recepte, vel recipiendae, vel alio alias praefixo vinculo, tenebitur per se, vel per alium illud sacrum facere, alias non liberabitur: secus si promittit vnum sacrum alte-

ri, qui illud exposcebat, vel acceptauit ex causa deuotionis, quo casu intelligi r. de procedere opinionem Sanchez *ubi supra*, in priori autem opinione Nauar, quia eius obligacionem alterius promittit, ex quo vilius fuit in se suscipere onus illius, ac proinde tenebitur, ac si proprium esset ab initio, qua in specie, nempe, quando ex propria obligacione tenetur quis vnum sacrum facere, proculdubio tenetur ad illud faciendum, per se, vel per alium sacerdotem, & non implens promissum peccabit graviter, in dubio autem; quando non consistit de obligacione praefixa, credendum omittentem vnum sacrum, quod promiserat, non peccare mortaliter, iuxta opinio. Sanchez, quam in hoc casu veram esse cenfeo.

CAPITVLVM VI.

An promissio matrimonij facta absenti obliget irrevocabiliter ante absentis acceptationem, nemine pro eo acceptante, seu stipulante: & quid si tertius eius nomine stipuletur, vel acceptet?

SUMMARIUM.

- 1 *Promissio matrimonij facta absenti, an obliget irrevocabiliter ante absentis acceptationem, nemine pro eo acceptante, seu stipulante? & quid si tertius eius nomine stipuletur, vel acceptet? & numerus sequentibus.*
- 2 *Donatio absenti facta, iure communi, & regio antiquo sept. Partiarum, ante acceptationem poterat reuocari: idem iure nouiori regio, vt in numero 3. idem est dicendum in promissione matrimonij absenti facta, vt in numero 4.*
- 3 *In matrimonio contrahendo non requiritur simultaneus consensus, sed satis est, quod vnus consentiat per prius, & duret in consensu, quoad alterius consensus accedit ex post facto.*
- 4 *Donatio facta pie cause an requiratur acceptationem ad eam irrevocabilitatem?*
- 5 *Donatio, vel promissio matrimonij facta presenti, & tacenti non potest reuocari.*
- 6 *Presentia in proposito donationis, & promissionis matrimonij non praesumitur, nisi probetur, limitatur n. 9. in casu de quo ibi.*
- 7 *Promissio matrimonij, vel donatio facta infanti absenti per maiorem septennio, non potest reuocari. & numer. 11.*
- 8 *Promissio matrimonij, vel donatio absenti facta, an ad sui irrevocabilitatem requiratur, quod ipsa inueniatur absens per certum nuncium, vel epistolam, & n. 13.*
- 9 *Acceptatio, & repromissio absenti sufficit, quod fiat per literas promissivas, rescribendo absenti, vel alij cuiuscumque: nec requiritur, quod inueniatur praedicta repromissio, vel acceptatio mittenti, vt in numero 15.*
- 10 *Iuramentum adiectum promissioni facta absenti non impedit eius reuocationem ante acceptationem.*
- 11 *Promissio de matrimonio contrahendo facta absenti, aliquo stipulante, vel acceptante pro eo, an possit reuocari?*

Quae

Questionem facit textus in cap. veniens, qui Cleric. vel uouent. vbi promissio matrimonij absenti facta ponitur tanquam valida, & tamen non constat ex eo rex. aliquem accepisse, & ita nonnulli sentire videntur, licet id satis non aperiant.

Nihilominus tamen est resolutio verissima Doctorum in contrarium, & sic quod praefata promissio possit reuocari in vtroque foro ante acceptationem, quara tenet glo. in d. veniens, ver. b. promissio absenti; dum ait, per interpositam personam, que mandatum habebat ab hoc, alias nihil est: & ibi Ioan. Andr. numer. 3. dum inquit: Potest sponderi absenti, dum modo sciat, vel ratum habeat: & ibi quoque Hostiens. & Anchar. in princ. dum aiunt, absenti fide data per literas, vel per nuncium. Azueu. in l. 2. n. 20. & 21. tit. 16. lib. 5. nou. collect. Reg. Alphons. 2. Vetracruce in suo speculo coniug. 1. par. art. 16. §. sed dubitatur vtrum. Angel. in Summa. verb. sponsalia. numer. 19. Syluester eodem verbo, in princip. quos sequitur Tho. Sanchez lib. 1. de matrim. disp. 6. n. 24.

Quae conclusio recepta probatur: quia iure Communi, & Regio antiquo sept. Partit. donatio absenti facta ante acceptationem poterat reuocari, l. absenti. ff. de donat. l. nec ambigi. C. eod. tit. l. 1. n. 2. §. 3. tit. 11. & l. 4. tit. 4. part. 5. Idemque est in quocunq; alio contractu: nullus enim vim habet obligandi efficaciter, donec mutus consensus accedat, interim namque non est contractus, §. in hi. instit. de emptione, & vendit. l. contractus. C. de fide instrument. l. 1. in fin. ff. de contract. emp. l. 2. ff. de adion. & oblig. l. 5. §. 6. in prin. & l. 63. l. 91. l. 95. in fine, tit. 18. part. 3. l. 1. tit. 11. part. 5. Greg. Lopez in l. 4. tit. 4. part. 5. in glo. no lo puede. D. Molina lib. 4. de Hispan. primogen. cap. 2. num. 61. & 62. Burgos de Paz junior quae. 1. civilis. num. 5. vbi alios refert, & Azueu. *ubi supra*, necnon & Sanchez *ubi supra*, nu. 2. & ita docuimus in c. quamuis pactum in princ. num. 13. de pact. in 6. Obligatio namque non oritur, nisi ex mutuo duorum consensu, l. 1. ff. de pact.

Sed & iure nouissimo nostri Regni, nempe d. l. 2. in i. Par. sciendo que alguno se quis obligar. & c. tit. 16. l. 5. noue colle. reg. requiritur acceptatio donationis, & ante eam potest reuocari, vt diximus, & probauimus *ubi supra*, etque verior, & communior opinio, vt videtur, & diximus cons. 20. num. 3. & post nos eam tenet Azueu. in d. l. 2. num. 20. in fi. & num. 21. & ante nos D. Couar. Auend. Molina Iurista, Oroscius, Olanus, Didac. Perez, Burgos de Paz, & Mieres, quos retulimus, & nunc quoque refert, & sequitur Thom. Sanchez *de disput. 6. num. 19.* vbi etiam citat idem tenentes Bariquez lib. 12. de excommunicatione. cap. 17. num. 6. & Nauar. lib. 3. de restitutione in 2. editione. cap. 1. pag. 4. dubio 1. num. 27. & Manuel Rodriguez in 1. tom. suae Summae in 2. editione. cap. 9. §. 1. aduersus alios tenentes contrarium, quos retulerat ipse Sanch. *ubi supra* n. 18.

Ergo idem dicendum est in promissione matrimonij absenti facta: tum quia promissio iure civili regulanda venit, licet fiat de matrimonio contrahendo, quatenus respicitur initium contractus promissi.

Imo & attento etiam iure naturali promissio, & donatio acceptationem requirit, vt reuocari nequeat, vt verus esse credit, & probat aduersus Couarr. & Molin. Theologum Thomas Sanchez *de disputatio 5. numer. 10.* tum etiam, quia de iure canonico iudicandum est secundum leges, vbi non sunt canonibus contrariae cap. 1. & ibi gloss. verbo adiuuantur, & consuntur DD. de nouo oper. mutatione. Gregor. Lopez in l. vltima in glo. in furto ritual. 3. part. 4. Anton. Cuchus lib. 1. in fin. maior. tit. 1. num. 13. Molina Theolog. 2. tom. de Iustitia & Iur. disputatio 263. §. opere pretium tamen est, & alios alle-

gans Thomas Sanchez *de disputatio 6. num. 24.* ius autem canonicum non est in hoc contrarium iuricium, sed verius que acceptatio requiritur, vt per eundem Molinam *d. lib. 1. disputatio 7. n. 21.*

In matrimonio ergo contrahendo non requiritur simultaneus consensus, sed satis est, quod vnus consentiat per prius, & duret in consensu, quando alterius consensus accedit ex post facto, secundum Hostiens. in cap. ex literis. *El segundo, de sponsalib.* Palac. Rub. cum communi in rubrica de donat. inter vir. & vxor. §. 5. o. num. 20. & tradit cum alijs D. Couar. *de sponsal. 2. parte cap. 4. in princip. num. 7.* & inquit Greg. Lopez in l. o. tit. 1. part. 4. in glo. verbo, in consensu en et, quod licet ibi dicitur probari, quod in contractu matrimonij requiritur simultaneus consensus, id est, quod simul, & eodem tempore praefatur: opinio tamen Hostiens. *ubi supra*, & in cap. dilectum eodem tit. modo relata contra Abb. in d. 6. dilectus, est verior, & communiter tenetur, eandem opinionem Hostiens. contra Abb. restatur communem plures allegans D. Couar. *ubi supra*, & opinio. Hostiens. contra Abb. sequitur Nauar. in *Manual. cap. 22. nu. 39.* & contra Abb. dicit esse communem opin. Ripa in 2. resp. de sponsal. numer. 7. & Azueu. in d. l. 2. sub numer. 20. & est verior, omninoque tenenda, vt cum alijs restatur Candelab. *aur. septem sacrament. in materia de matrimonio, in 1. tom. numer. 42. pag. 410. cum sequenti.* & ita est tenendum, nisi secundum Couar. *ubi supra* transisset longum interuallum, vel reuocatus esset consensus prior, aut equum secundum contrahens praestaret suum mutuum consensum, credens, cum, qui prius consentierat, non penituisse, cum tamen penituerit, vt poterit: ergo interimque non acceptatur prior consensus reuocari, vt est praedictum, & tenet etiam in terminis Azueu. d. num. 20. *vers. neque simul anem.* & ibi, est tamen verum, & nu. 21. in prin.

Et praefata communis resolutio, de qua in principio huius c. quae habet quod promissio matrimonij possit ante acceptationem reuocari in vtroque foro, vt modo etiam dicebamus, procedit, licet matrimonium sit causa pia, vt tenet Thomas Sanchez *d. disputatio 6. num. 25.*

Quamuis enim quam plures DD. teneant fauore cause pie, non requiri acceptationem promissionis eidem factae, & sic statim ante acceptationem fieri irrevocabile, prout sunt Tiraquei, de privileg. causae pie, privileg. 115. num. 1. post Felin. in cap. 1. de pact. num. 7. de iur. Pedemont. 70. quamuis sub dubio, & Molin. Theolog. in 2. tom. de Iustitia & Iure disputatio 263. in vers. Felinus tamen: ceterum contrarium verius, & probabilius est, vt docuimus in d. c. quamuis pactum in princ. numer. 13. de pact. in 6. & d. consil. 29. numer. 1. cum communi ex D. Molin. lib. 4. de Hispan. primogen. cap. 2. num. 58. cum sequentibus, & alijs Authoribus praeteritum glo. in l. illud, verbo alia in fin. C. de Sacrament. Ecles. & ibi communiter DD. & Couar. in rubrica de testament. tertio parte num. 13. in princip. & lib. 1. varia. resp. ca. 29. numer. 16. Anton. Gomez in 2. tom. var. resol. ca. 4. num. 2. Greg. Lopez in l. 4. in verbo, no lo puede, tit. 4. part. 5. Burg. de Paz junior. quae. 10. civilis. numer. 31. Matienzo in l. 2. §. 4. num. 9. tit. 10. lib. 5. noue collect. reg. Anton. Gabriel. commun. opin. tit. de ver. oblig. conclusio 1. numer. 7. Cefalus consil. 440. numer. 32. Iulius Clarus lib. 4. re. sept. sentent. verb. donatio. quae. 12. in fin. Anton. Gama decisio 311. num. 3. Manuel Rodriguez 1. tom. suae Summae in 2. editione, cap. 95. num. 1. quos sequitur dicens esse verum, communis, & probabilis Thomas Sanchez *d. lib. 1. de matrimonio, disputatio 6. num. 16.* Denique praefata ampliato probatur, qui cum promissio matrimonij futuri requiritur,

con-